

Universitätsbibliothek Wuppertal

Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII. Calculo Roma

Ad Qu.C.fratrem liber primus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-687)

Liber. I. Fo. LXXXVIII.



Vm saepe te literis hortatus essem, vt q̄primū reipub. subuenires, in Italiāq̄ exercitū adduceres, neq̄ id arbitraret dubitare tuos necessarios, rogatus sum a prudētissima, & diligētissima scēmina matre tua, cuius oēs curā ad te refe- ritur, & in te cōsumitur, vt venirē ad se ad. VIII. Cal. Sextilis: qđ ego, vt de- bui, sine mora feci. Cū autē venissem, Casca aderat, & Labeo, & Scaptius. At illa retulit, quēsiuitq̄ quidnā mihi videretur, accerseremus ne te, atq̄ tibi id cōducere putarem, an tardare, & cōmorari te melius esset. Respōdi id qđ sentiebā, & digni- tati, & exultationi tuę maxime cōducere, te primo quoq̄ tēpore ferre p̄fidū labenti, & incli- natę reip. Quid. n. abesse cēses mali in eo bello, in quo victores exercitus fugiētē hostē p̄sequi noluerūt: & in quo incolumis Imperator honoribus amplissimis, fortunisq̄ maximis, cōiuge, liberis, vobis affinibus ornatus, bellū reip. indixerit! Quid dicā ī tāto Senatus, populiq̄ cōsen- su, cū tātū resideat intra muros mali! Maximo autē cū hęc scribebā, afficiebar dolore: q̄ cum- me pro adolescētulo, ac pene puero resp. accepisset vadem, vix videbar qđ promiserā, prestare posse. Est autē grauior & difficilior animi, & sentētię, maximis p̄ferim in rebus, p̄ altero, q̄ pe- cunię obligatio. Hac. n. solui potest, & est rei familiaris iactura tolerabilis: reip. qđ sponde- ris, quēadmodū soluas, nisi is depēdi facile patitur, pro quo spopōderis! q̄q̄ & hūc (vt spero) tenebo multis repugnāribus. Videtur. n. in eo esse bona indoles, sed flexibilis etas: multiq̄ ad deprauandū paratū, qui splendore falsi honoris obiecto, aciē boni ingenii perstringi posse cōfi- dūt. Itaq̄ ad reliquos hīc quoq̄ labor mihi accessit, vt omneis adhibeā machinas ad tenendū adolescētē, ne famā subeā temeritatis. q̄q̄ quā temeritas est! magis. n. illū pro quo spondi, q̄ me obligauī. Nec vero p̄cēnitere potest temp. me pro eo spopōdisse, q̄ fuit in rebus gerēdis tum suo ingenio, tū mea promissione cōstātor. Maximus autē (nisi me forte fallit) in rep. no- dus est inopia rei pecuniariā. Obdurescūt. n. magis quotidie boni viri ad vocē tributi, qđ ex centesima collatū impudētī censu locupletū in duarū legionū p̄miis omne cōsumit. Impēdet autē infiniti sumptus tū in hos exercitus, q̄bus nūc defendimur, tū vero in tuū. Nā Cassius noster videtur posse satis ornatus venire. Sed & hęc & multa aliā corā cupio, idq̄ q̄primū. De sororis tuę filiis nō expectauī Brute dū scriberes. Omīno iam tēpora (bellū em̄ ducerur) integrā tibi causam reseruant. Sed ego a principio cū diuinare de belli diurnitate possem, ita causam egī puerorum in Senatu, vt te arbitror e matris literis potuisse cognoscere. Nec vero vlla res erit vnq̄, in qua ego non vel vitæ periculo ea dicā, eaq̄ faciā, quā te velle, quęq̄ ad te pertinere arbitrabor. Vale. VI. Calendarum Sextilis.

Retulit,

Obligatio
sententię,
& pec.
Flexibilis
etas.
Octauium
pergit fo-
uere.
Nodus
max. i rep.
inopia pe-
cunię.

MARCI T. C. EPISTOLARVM AD QV. C. FRATREM LIBER PRIMVS.

M. T. C. QVINTO FRATRIS.



TSI nō dubitabam quin hanc epistolā multi nūciū, fa- ma deniq̄ esset ipsa sua celeritate superatura, tuq̄ an- te ab aliis auditurus esses, annū terrū accessisse deside- rio nostro & labori tuo, tamen existimaui a me quoq̄ tibi huius molestiæ nūcium p̄ferri oportere. Nam superioribus literis, nō vnīs, sed pluribus, cum iam ab aliis desperata res esset, tamen ego tibi spem mature de- cessionis afferebam, non solum vt q̄diutissime te iucū da opinione oblectarem, sed etiam quia tanta adhibea- batur & a nobis, & a Prætoribus cōtentio, vt rē posse confici non diffiderem. Nunc quoniam ita accidit, vt neq̄ Prætores suis opibus, neq̄ nos nostro studio q̄cūq̄ perficere possemus, est omnino difficile nō grauius id ferre: sed tamen nostros animos maximis in rebus gerēdis, & sustinēdis exercitatos, frangi & debilitari molestia nō oportet. quoniam ferre ea molestissime homines debēt, quā ipsoꝝ culpa cōtracta sunt. Est qđē in hac re mihi molestius ferēdū, q̄ tibi. Factū est em̄ mea culpa, contra q̄ tu mecum, & p̄ficiscēs, & p̄ literas egeras, vt priore anno nō succederetur. Qđ ego dū socio rū saluti cōsulo, dū imprudētię nōnullorū negotiatorū resisto, dum nostrā gloriā tua virtute augeri expeto, feci nō sapienter: p̄sertim cum id commiserim, vt ille alter annus, etiā tertius

Vnis,

Epistolarum ad Q. fratrem

Audiendi bene,

Prorogare

Similitudo bona,

Publicani,

Cōtinere qbus præsibus Doctrinæ virtus,

Tubero,

Existimatio sua. Quæstor qualis,

posset adducere. Qd̄ quoniā peccatū meū esse confiteor, est sapientiæ, atq; humanitatis tuæ curare, & perficere, vt hoc minus sapienter a me prouisum, diligētia tua corrigatur. Ac si te ipse vehementius ad omneis partē bene audiendū excitaris, non vt cum aliis, sed vt tecum iam ipse certes: si omnē tuā mētem, curam, cogitationem, & excellentē omnibus in rebus laudis cupiditatem incitaris (mihī crede) vnus annus additus labori tuo, multorum annorum lætitiā nobis, gloriā etiā posteris nostris afferet. Quapropter hoc te primū rogo, ne cōtra has aut demittas animū, neve te obrui tāq; fluctu, sic magnitudine negotii sinas, cōtraq; erigas, ac resistas, siue etiā vltro occurras negotiis. Neq; enim eiusmodi partem reip. geris, in qua fortuna dominetur, sed in qua plurimū ratio possit, & diligentia. Qz si tibi bellū aliquod magnū, & periculosum administranti prorogatū Imperium viderē, tremere animo, q; eodē tempore esse intellerem etiā fortunæ potestatem in nos prorogatam. Nunc vero ea pars tibi reip. cōmissa est, in qua aut nullam, aut perexiguam partem fortuna tenet: & quæ mihī tota in tua virtute, ac moderatiōe animi posita esse videatur. Nullas (vt opinor) insidias hostiū, nullā prælii dimicationē, nullā defectionē sociorū, nullā inopiā stipendii, aut rei frumentariæ, nullam seditionē exercitus pertimescimus, quæ persæpe sapientissimis viris acciderūt: vt quæadmodū gubernatores optimi vim tēpestatis, sic illi fortunæ impetū supare nō possent. Tibi data est summa pax, summa tranquillitas: ita tamen vt ea dormientem gubernatōrē vel obruere, vel vigilantē etiā delectare possit. Constat enim ea Prouincia primū ex eo genere sociorum, qd̄ est ex hominū omni genere humanissimū. Deinde ex omni genere ciuiū, qui aut q; publicani sunt, nos summa necessitudine attingūt, aut q; ita negotiātur, vt locupletes sint, nostri consulatus beneficio se incolumes fortunas habere arbitrant. At enim inter hos ipsos existunt graues controuersia, multæ nascuntur iniuriæ, magnæ contentiones consequuntur, quasi vero ego id putem, non te aliquantum negotii sustinere. Intelligo permagnū esse negotium, & maximi consilii. Sed memento consilii me hoc negotium esse magis aliquanto, q̄ fortunæ putare. Quid est enim negotii cōtinere eos, quibus præsis, si te ipse contineas? Id autem sit magnū, & difficile ceteris, sicut est difficillimū: tibi & fuit hoc semper facillimū, & vere esse debuit: cuius natura talis est, vt etiam sine doctrina videatur moderata esse potuisse. Ea autē adhibita doctrina est, quæ vel viriosissimam naturā excolere possit. Tu tum pecuniæ, tum voluptati, tum omniū rerum cupiditati resistes, vt facis. Erit, credo, periculum ne improbū negotiatorē, paulo cupidiorē publicanū comprimere non possis. Nam Græci quidē sic te ita videntem intuebūtur, vt quædā ex annaliū memoria, aut etiā e cælo diuinū hominē esse in prouinciā delapsū putent. Atq; hæc nūc nō vt facias, sed vt te facere, & fecisse gaudeas, scribo. Præclarum est enim summo cum imperio fuisse in Asia trienniū, sic vt nullum te signū, nulla pīctura, nullū vas, nulla vestis, nullum mancipiū, nulla forma cuiusq; nulla conditio pecuniæ, quibus rebus abundat ista Prouincia, ab summa integritate, cōtinētiāq; deduxerit. Quid autē reperiri tā eximīū, aut tā expectandū potest, q̄ istā virtutē, moderatiōne animi, tēperantiā non latere in tenebris, neq; esse abditā, sed in luce Asiæ, in oculis clarissimæ Prouinciæ, atq; in auribus omniū gentiū, ac nationū esse positā? nō itineribus tuis perterreret homines, nō sumptu exhauriri, non aduentu commoueri: esse quocūq; veneris, & publice, & priuatim maximā lætitiā: cū vrbs custodem, non tyrannū: domus hospitem, non expilatōrē recepisse videatur. His autē in rebus iā te vsus ipse profecto erudiuit, nequaquā satis esse, ipsum has te habere virtutes, sed esse circūspiciendū diligenter, vt in hac custodia Prouinciæ non te vnū, sed omneis ministros imperii tui, sociis, & ciuibus, & reip. præstare videare. Qz legatos habes eos, q; ipsi per se habituri sint rationem dignitatis suæ: de quibus honore, & dignitate, & ætate præstat Tubero: quē ego arbitror, præsertim cū scribat historiā, multos ex suis annalibus posse deligere, quos velit, & possit imitari. Halienus autē noster cū animo, & beneuolētia, tū vero etiā imitatione viuendi. Nā quid ego de Gratidīo dicam: quē certo scio ita laborare de existimatiōe sua, vt propterea amorem in nos fraternū etiā demonstrare laboret. Quæstor enim habes nō tuo iudicio delectū, sed eū quē fors dedit. Hunc oportet & sua sponte esse moderatum, & tuis institutis, & p̄ceptis obtemperare. Quorū si quis forte esset sordidior, ferres eatenus, quoad per se negligeret eas leges, q̄b̄ est adstrictus: nō vt ea potestate, quā tu ad dignitatē pmisisses, ad quæstum vteretur. Neq; enim mihī sane placet, præsertim cum iī mores tantum iam ad nūmiam leuitatē, & ambitionē incubuerint, scrutari te omneis sordēis, excutere vnūquēq; eorū, sed quanta sit in quorū fides, tantum cuiq; cōmittere. Atq; inter hos eos, quos tibi comites &

adiutores negotiorum publicorum dedit ipsa respu. dūtaxat finibus his prestabis, quos ante praescripsi. Quos vero aut ex domesticis coniunctionibus, aut ex necessariis apparitoribus tecum esse voluisti, qui quasi ex cohorte praetoris appellari solent, horum non modo facta, sed etiam dicta omnia prestanda nobis sunt. Sed habes eos tecum, quos possis recte facientis facile diligere: minus commulenteis existimationi tuae, facillime coercere: a quibus rudis cum esses, videtur potuisse tua liberalitas decipi. Nam ut quisque est vir optimus, ita difficillime esse alios improbos suspicatur. Nunc vero tertius hic annus habeat integritate eandem, quam superiores, cautiorem etiam, ac diligentiorē. Sint aures tuae, quae id quod audiunt, existimentur audire, non in quas fictae, aut simulate questus causa insurretur. Sit annulus tuus, non ut vas aliquod, sed tanquam ipse tu: non minister alienae voluntatis, sed testis tuae. Accensus sit eo etiam numero, quo cum maiores nostri esse voluerunt, qui hoc non in beneficii loco, sed in laboris, ac muneris non temere, nisi libertis suis deferebant, quibus illi quidem non multo secus, ac seruis imperabant. Sit licitor non suae, sed tuae lenitatis apparitor: maioraque praefert fascis illi, ac secures dignitatis insignia, quam potestatis. Tori denique sit Prouinciae cognitum, tibi omnium, quibus praesens, salutem, liberos, famam, fortunas esse charissimas. Denique haec opinio sit, non modo iis qui aliquid acceperint, sed iis etiam qui dederint, te inimicum (si id cognoueris) futurum. Neque vero quisquam dabit, cum erit hoc perspectum, nihil per eos, qui simulant se apud te multum posse, abs te solere impetrari. Nec tamen est haec oratio mea huiusmodi, ut te in tuos, aut durum esse nimium, aut suspiciosum velim. Nam si quis est eorum qui tibi biennii spatium nunquam in suspicionem auaritiae venerit, ut ego Cassium, & Cherippum, & Labeonem audio, & quia cognoui existimo, nihil est quod non & iis, & si quis est alius eiusmodi, & committi, & credi rectissime putet. Sed si quis est in quo iam offenderis, de quo aliquid senseris, huic nihil credideris, nullam partem existimationis tuae commiseris. In Prouincia vero ipsa, si quem es nactus, qui in tua familiaritate penitus intrarit, qui nobis ante fuerit ignotus, huic quantum credendum sit, vide. non quoniam possint multi esse prouinciales viri boni, sed hoc sperare licet, iudicare periculosum est. Multis enim simulationum inuolucris regitur, & quasi velis quibusdam obteditur vniuscuiusque natura: frons, oculi, vultus praesertim metuitur, oratio vero sapientissime. Quamobrem qui potes reperire ex eo genere hominum, qui pecuniae cupiditate adducti careant his rebus omnibus, a quibus nos diuulsi esse non possumus? Te autem alienum hominem ament ex animo, ac non sui commodi causa simulent? Mihi quidem permagnam videtur, praefertim, si iidem homines priuatum non fere queque, Praetores semper omnem amant. Quo ex genere, si quem forte tui cognouisti amantorem (fieri enim potuit) quam temporis, hunc ad tuum numerum libenter ascribito. Sin autem id non perspicies, nullum erit genus in familiaritate cauendum magis, propterea quod & omnes vias pecuniae norunt, & omnia pecuniae causa faciunt, & quicumque victuri non sunt, eius existimationi consulere non curant. Atque etiam e Graecis ipsis diligentius cauendae sunt quaedam familiaritates, praeter hominum perpaucorum, si qui sunt vetere Graecia digni. Sic vero fallaces sunt permulti, & leues, & diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi. quos ego vniuersos adhiberi liberaliter, optimamque hospitio, amicitiaque coniungi dico oportere: nimiamque familiaritates eorum, neque tam fideles sunt (non enim audet aduersari nostris voluntatibus) & inuidet non nostris solum, verum etiam suis. Iam qui in eiusmodi rebus, in quibus vereor etiam ne durior sim, cautus esse velim, ac diligens, quo me animo in seruos esse censes? quos quidem cum omnibus in locis, tum praecipue in Prouinciis regere debemus, quo de genere multa praecipere possunt. Sed hoc & breuissimum est, & facillime teneri potest, ut ita se gerant in istis Asiaticis itineribus, ut si iter Appia via faceres, neve interesse quicumque putent, utrum Tralleis, an Formias venerint. At si quis est ex seruis egregie fidelis, sit in domesticis rebus, & priuatis. Quae res ad officium imperii tui, atque ad aliquam partem reipublicae pertinebunt, de his rebus ne quid attingat. Multa enim quae recte committi seruis fidelibus possunt, tamen sermonis, & vituperationis vitandae causa, committenda non sunt. Sed nescio quo pacto ad praecipienda rationem delapsa est oratio mea, cum id mihi propositum initio non fuisset. Quid enim ei praecipiam, quem ego in hoc praesertim genere intelligam, prudentia non esse inferiorem quam me, vsu vero etiam superiorē. Sed tamen si ad ea quae faceres, auctoritas accederet mea, tibi ipsi illa putavi fore iucundiora. Quare sint haec fundamenta dignitatis tuae: tua primum integritas, & continentia, deinde omnium qui tecum sunt pudor. Delectus in familiaritatibus, & prouincialium hominum, & Graecorum percautus, & diligens. Familiae grauis, & constans disciplina. Quae cum honesta sit in his priuatis nostris, quotidianisque rationibus, in tanto imperio, tam deprauatis moribus, tam coram

Prestare.

Existima

tioni tuae.

Quisque.

Aures.

Annulus

subsigna

tor.

Lictor.

Danti iras

scendum.

Simulatio

num inuolu

cra in hoie.

Vias pecu

niae norunt.

Graecia ve

tus.

Graeci falla

ces &c.

Seruoꝝ gu

bernatio.

Dignitatis

fundamēta

XII Epistolarum ad Q. fratrem

ruptrice Prouincia, diuina videat necesse est. Hæc institutio, atq; disciplina potest sustineri in rebus statuendis, decernendisq; eâ seueritate, qua tu in his rebus usus es, ex quibus nonnullas similitudines cum magna mea lætitia susceptas habemus. nisi forte me Paconii nescio cuius hominis, ne Græci quædam, ac Mysii, aut Phrygii potius, querelis moueri putas, aut Thuscenii hominis furiosi, ac sordidi vocibus, cuius tu ex impurissimis faucibus, inhonestissimam cupiditatem eripuisse summa cum æquitate. Hæc & cetera plena seueritatis, que statuisti in ista Prouincia, non facile sine summa integritate sustinebimus. Quare sit summa in iure dicendo seueritas, dummodo ea non varietur gratia, sed cõseruetur æquabilis. Sed tamẽ parui refert abs te ipso ius dici æquilater, & diligenter, nisi idẽ ab iis fiet, quibus tu eius muneris aliquam partem cõcesseris. Ac mihi quidem videtur non sane magna varietas eẽ negotiorum in administranda Asia, sed ea tota iurisdictione maxime sustineri. In qua sciẽtię p̄sertim prouincialis ratio ipsa expedita est. Cõstantia est adhibenda, & grauitas, quæ resistat non solũ gratiæ, verũ etiã suspitioni. Adiungẽda etiã est facilitas in audiendo, lenitas in discernendo, in satisfaciendo, ac disputando diligẽtia. His rebus nuper Cn. Octauius iucundissimus fuit: apud quem primus licitor qui fuit, tacuit accessus: quoties quisq; voluit, dixit: & quod voluit diu. Quibus ille rebus fortasse nimis lenis videretur, nisi hæc lenitas illam seueritatem tueretur. Cogebantur Syllani homines, quæ per vim, & metum abstulerant, reddere. Quæ in magistratibus iniuriose decreuerant, eodem ipsis priuatis erat iure parendũ. Hæc illius seueritas acerba videretur, nisi multis condinẽtis humanitatis mitigaretur. Quod si hæc lenitas grata Romæ est, vbi tanta arrogantia est, tam immoderata libertas, tam infinita hominũ licentia, deniq; tot magistratus, tot auxilia, tanta vis, tanta Senatus auctoritas, quæ iucunda tandem Prætoris comitas in Asia potest esse! in qua tanta multitudo ciuiũ, tanta sociorum, tot vrbes, tot ciuitates vnus hominis nutũ intuentur! vbi nullũ auxilium est, nulla conquestio, nullus Senatus, nulla concio! Quare cum permagni hominis est, & cum ipsa natura moderatũ, tũ vero etiã doctrina, atq; optimarũ artium studiis eruditũ, sic se adhibere in tanta potestate, vt nulla alia potestas ab iis quibus p̄sẽt desideretur. Cyrus ille a Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperii, cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate cõiugitur, quos quidẽ libros non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat. Nullũ est enim p̄termissum in his officiũ diligentis, & moderati imperii. Eaq; si sic coluit ille qui priuatus futurus nunquã fuit, quoniam modo retinenda sunt iis quibus imperiũ ita datũ est, vt redderent, & ab his legibus datũ est, ad quas reuertendũ est! Ac mihi quidẽ videtur huc omnia esse referenda ab iis qui p̄sunt aliis, vt ii quod eorum in imperio erũt, sint quæbeatissimi: quod tibi esse & antiquissimũ, & ab initio fuisse, vt primũ Asiam attigisti, cõstante fama, atq; omnium sermone celebratũ est. Est autem non modo eius, qui sociis, & ciuibus, sed etiã eius qui seruis, qui muris pecudibus p̄sẽt, eorum quibus p̄sẽt comodis, vtilitatibusq; seruire. Cuius quidẽ generis cõstare inter omnes video, abs te summam adhiberi diligẽtiã, nullũ æs alienũ nouũ contrahi ciuitatibus, vetere aut magno, & graui multas abs te esse liberatas vrbes: cõpluris diruptas, ac pene desertas, in quibus vnã Ionię nobilissimam, alterã Carię, Samũ, & Halicarnasum p̄ te esse recreatas: nullas esse in oppidis seditiones, nullas discordias: puideri abs te, vt ciuitates optimatũ cõsiliis administrarent. Sublata Mysiæ latrocinia: cedes multis locis rep̄ssas: pacẽ tota Prouincia cõstitutã: neq; solũ illa itinerũ, atq; agrorum, sed multo etiã plura, & maiora oppidorum & furta, & latrocinia esse depulsa. Remota a fama, & a fortunis, ab otio locupletũ, illã acerbissimã ministrã Prætorum auaritię caluniam. Sumptus, & tributa ciuitatũ ab omnibus quod earũ ciuitatũ sineis incolat, tolerari æquabiliter: facilimos esse aditus ad te: patere aureis tuas quærelis omnium: nullius inopiã, ac solitudinẽ, non modo villo populari accessu, ac Tribunali, sed ne domo quidẽ tua, & cubiculo esse exclusam: tuo toto deniq; in Impio nihil acerbũ esse, nihil crudele, atq; omnia plena clemẽtię, mäsuetudinis, humanitatis. Quatũ vero illud est beneficiũ tuũ, quod iniquo, & graui vectigali aditione magnis nostris similitudinis decernerent. HS. CC. sibi eripuisse, quanta tamẽ pecunia p̄deret si omnium nomine quicquid Romę ludos faceret, quod erat iam institutũ, erogaret! Quod has quærelas hominum nostrorum illo cõsilio oppressimus, quod in Asia nescio quoniam modo, Romæ quidẽ non mediocri cum admiratione laudat: quod cum ad templũ, monumentũq; nostrũ ciuitates pecunias decreuissent, cumq; id & pro magnis meis meritis, & pro tuis maximis beneficiis, summa sua voluntate fecissent: notatimq; lex exciperet, vt ad templũ monumentũq; capere liceret: cumq; id quod dabat, non esset interiturũ, sed in ora

Liber. I. Fo. XC.

nam mentis templi futurū, vt non mihi potius, q̄ Ro. Po. ac diis immortalibus datum videre
tur, tamen id in quo erat dignitas, erat lex, erat eorum, qui faciebant, voluntas, accipiendum
non putauī, tum aliis de causis, tum etiā, vt animo equiore ferrēt iī, quib⁹ nec debere, nec li
ceret. Quapropter incūbe toto animo, & studio omni, in eam rationē, qua adhuc vsus es, vt
eos, quos tuę fidei, potestatiq̄, S. P. Q. R. cōmisit, & credidit, diligas, & omni ratiōe tueare, vt
esse q̄beatissimos velis. Q̄ si te fors Aphris, aut Hispanis, aut Gallis p̄fecisset, immanibus, ac
barbaris nationib⁹, tñ esset humanitatis tuę, cōsulere eorū cōmodis & vtilitati, salutiq̄ serui
re. Cū ven⁹ ei generi hominū p̄sumus, nō modo in quo ipsa sit, sed etiā a quo ad alios pue
nisse putetur humanitas, certe iis etiā eā potissimum tribuere debemus, a quib⁹ accepimus.
Non em̄ me hoc iam dicere pudebit, p̄sertim in ea vita, atq̄ iis rebus gestis, in quibus nō po
test refidere inertię, aut leuitatis vlla suspitio, nos ea quę cōsecuti sumus, his studiis, & arti
bus esse adeptos, q̄ sint nobis Gręcię monumentis, disciplinisc̄ tradite. Quare p̄ter cōmunē fi
dem, q̄ oībus debetur, p̄terea nos isti hoīm generi p̄cipue debere videmur, vt quorū p̄
ceptis simus eruditi, apud eos ipsos, qd̄ ab iis didicerimus, velim⁹ expromere. Atq̄ ille quidē
princeps ingenii, & doctrinę Plato tum deniq̄ fore beatas respu. putauit, si aut docti, aut sa
pientes homines eas regere cōpissent, aut qui regerēt, omne suū studiū in doctrina, ac sapiē
tia collocassent. Hanc cōiunctionē videlicet potestatis, & sapientię, salutē censuit ciuitatibus
esse posse. Qd̄ fortasse aliquando vniuersę reipu. nostrę, nunc quidē profecto isti prouincię cō
ringit, vt is in ea summā potestatem haberet, cui in doctrina, cui in virtute, atq̄ humanitate
percipiēda, plurimū a pueritia studii fuisset, & tēporis. Quare cura, vt hic annus, qui ad labo
rem tuū accessit, idē ad salutē Asię prorogatus esse videatur, qm̄ in te retinendo fuit Asia fe
licior, q̄ nos in deducēdo, perfice, vt letitia prouincię desideriu nostrū leniatur. Eten̄ si in p̄
merendo vt tibi tanti honores haberentur, quanti haud scio an nemini, fuisti omnium dili
gentissimus, multo maiorem in his honoribus tuendis adhibere diligentia debes. Et quidem
de isto genere honorū, quid sentire, scripsi ad te ante. Semp eos putauī si vulgares essent, vi
leis: si temporis causa constituerentur, leueis: si vero (id qd̄ ita factum est) meritis tuis tribue
rentur, existimabam multā tibi in his honoribus tuendis operam esse ponendam. Quare qm̄
in istis vr̄ibus, cum summo imperio, & potestate versaris, in quibus tuas virtutes consecra
tas, & in deorū nūero collocatas vides, in oībus rebus, quas statues, quas decernes, quas ages,
quid tantis hoīm opinionibus, tantis de te iudiciis, tātis honoribus debeas, cogitabis. Id autē
erit eiusmodi, vt consulas omnibus, vt medeare incōmodis hominum, prouideas salutē, vt te
parentē Asię & dici, & haberi velis. Atq̄ huic tuę voluntati, ac diligentię, difficultatem ma
gnam afferunt publicani: quibus si aduersamur, ordinem de nobis optime meritum, & per
nos cum repu. cōiunctū, & a nobis, & a rep. disiungemus. Sin autē oībus in reb⁹ obsequemur,
funditus eos perire patiemur, quorū non modo salutē, sed etiā cōmodis consulere debemus.
Hęc est vna (si vere cogitare volumus) in toto imperio tuo difficultas. Nam esse abstinentē,
continere omneis cupiditates, suos coercere, & iuris equabilē tenere rationē, facilem te in re
bus cognoscendis, in hominibus audiendis, admittendisq̄ p̄bere, p̄clarum magis est, q̄ dif
ficile. Non est enim positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi, atq̄ volunta
te. Illa causa publicanorum quantā acerbitate afferat sociis, intelleximus ex ciuib⁹, qui nu
per in portoriis Italię tollendis, non tam de portorio, q̄ de nōnullis iniuriis portitorū quere
bant. Quare non ignoro quid sociis accidat in vltimis terris, cū audiuerim in Italia querelas
ciuium. Hic te ita versari, vt & publicanis satisfacias, p̄sertim publicis male redēptis, ac so
cios perire nō sinas, diuine cuiusdā virtutis esse videtur, id est tuę. Ac primum Gręcis, id qd̄
acerbissimum est, & q̄ sunt vectigales, nō ita acerbū videri debet, p̄terea q̄ sine imperio po
puli Romani suis institutis, per se ipsi ita fuerūt. Nomen autē publicani aspernari nō possunt,
qui pendere ipsi vectigal sine publicano nō potuerunt, qd̄ iis equaliter Sylla descripserat. Nō
esse autē leniores in exigēdis vectigalib⁹ Gręcos, q̄ nostros publicanos, hinc intelligi potest, q̄
Caunii nūq̄ oēs ex insulis, q̄ erant ab Sylla Rhodiis attributę, confugerūt ad Senatum, nobis
vt potius vectigal, q̄ Rhodiis penderent. Quare nomen publicani, neq̄ iī debent horrere, qui
semp vectigales fuerunt: neq̄ iī aspernari, qui per se pendere vectigal nō potuerūt: neq̄ iī re
cusare, qui postulauerunt. Simul & illud Asia cogitet, nullā a se neq̄ belli externi, neq̄ discor
diarum domesticarū calamitatē abfuturam fuisse, si hoc imperio non teneret. Id autē imperiū
cum retineri sine vectigalibus nullo modo possit, equo animo parte aliqua suorum fructuū

Immanes
& ferī.

Hūanitas a
gręcis inue
ta.

Gręcis acce
pta fert Ci
omnia.

Plato prin
ceps ingenii
de reipub.
beatitate.

An nemini
Honorum
astimatio.

Virtutes
cōsecrata.

Publicano
rum diffici
lis ratio.

Portoria.

Vectigaliū
exactio.

Epistolarum ad Q. fratrem

pacem sibi sempiternam redimat, atq; otium. Q; si genus ipsum, & nomen publicani non in quo animo sustinebunt, poterunt iis consilio, & prudentia tua reliqua videri mitiora. Possunt in pactionibus faciendis non legem spectare censoriam, sed potius commoditatem consue- di negotii, & liberationem molestia. Potes etiam tu id facere, qd & fecisti egregie, & facis, vt co- memores quanta sit in publicanis dignitas, quantum nos illi ordini debeamus, vt remoto Im- perio, ac vi potestatis, & fascium, publicanos cum Grecis gratia, atq; auctoritate coniungas. Sed & ab iis, de quibus optime tu meritus es, & qui tibi omnia debent, hoc petas, vt facilita- te sua, nos eam necessitudinem, que est nobis cum publicanis, obtinere, & conseruare parian- tur. Sed quid ego te hac hortor, qua tu non modo facere potes tua sponte sine cuiusq; pre- ceptis, sed etiam magna iam ex parte perfecisti. Non enim desistunt nobis agere quotidie gra- tias honestissime, & maxime societates: qd quidem mihi idcirco iucundius est, qd idem facit Graci. Difficile est autem ea, qua commodis, vtilitate, & prope natura diuersa sunt, voluta- te coniungere. At ea quidem, que supra scripta sunt, non vt te instituerem scripsi (neq; enim prudentia tua cuiusq; precepta desiderat) sed me in scribendo commemoratio tuae virtutis delectauit: qd in his literis longior fui, qd aut vellem, aut me putauit fore. Vnum est, qd tibi ego precipere non desinam, neq; te patiar (quantum in me erit) cum exceptione laudari. Om- nes enim qui istinc veniunt, ita de tua virtute, integritate, humanitate commemorant, vt in tuis summis laudibus excipiant vnam iracundiam. Qd vitium, cum in hac priuata, quoti- dianaq; vita leuis esse animi, atq; infirmi videtur, tum vero nihil est tam deforme, qd ad sum- mum imperium etiam acerbiter nature adiungere. Quare illud non suscipiam, vt qua de iracundia dici solent a doctissimis hominibus, ea tibi nunc exponam, cum & nimis longus esse nolim, & ex multorum scriptis ea facile possis cognoscere. Illud, qd est epistola p- prium, vt is ad que scribitur, de his rebus, quas ignorat, certior fiat, pretermittendum esse non pu- to. Sic ad nos omnes fere deferunt, nihil cum absit iracundia, te fieri posse iucundius. Sed, cu- te alicuius improbitas, pueritasq; comouerit, sic te aio incitari, vt ab oib; tua desideretur hu- manitas. Quare, quonia in eam rationem vite nos, non tam cupiditas quedam glorie, qd res ipsa, ac fortuna deduxit, vt sempiternus sermo hominum de nobis futurus sit, caueamus quantum efficere, & cosequi possumus, ne qd in nobis infigne vitium fuisse dicatur. Neq; ego hoc nuc contendo, qd forrasse cu in omni natura, tum iam in nostra atate difficile est, mutare animu, & si quid est penitus insitum moribus, id subito euellere. Sed te illud admoneo, vt si hoc ple- ne vitare non potes, qd ante occupatur animus ab iracundia, qd prouidere ratio potuit ne oc- cuparetur, vt te ante compares, quotidieq; meditare resistendu esse iracundie: cumq; ea maxi- me animum moueat, tum tibi esse diligentissime linguam continendam. que quide mihi vir- tus non interdum minor videtur, qd omnino non irasci. Nam illud non solum est grauitatis, sed nonnunq etiam lentitudinis. Moderari vero & animo, & orationi, cum sis iratus, aut etia- tacere, & tenere in sua potestate motum animi, & dolorem, etsi non est perfecte sapientie, ta- men est no mediocri ingenii. Atq; in hoc genere multo te esse iam comodiorem, mitiorq; nunciant. Nullę tuę vehementiores animi concitationes, nulla maledicta ad nos, nullę contu- melie perferuntur: que cum abhorrent a literis, ab humanitate, tum vero contraria sunt ima- perio, & dignitati. Nam, si implacabiles sunt iracundie, summa est acerbitas. Sin autem exora- biles, summa leuitas, qua tamen (vt in malis) acerbitati anteposenda est. Sed quonia primus annus habuit de hac reprehensione plurimum sermonis, credo propterea, qd tibi hominum iniurie, qd auaritia, qd insolentia prater opinionem accidebat, & intolerabilis videbatur: Secu- dus autem multo lenior, qd & consuetudo, & ratio, & (vt ego arbitror) mea quoq; litera te patientiorem, lenioremq; fecerunt: Tertius annus ita esse debet emendatus, vt ne minimam q- dem rem quisq; possit vllam reprehendere. Ac iam hoc loco non hortatione, neq; pceptis, sed p- cibis tecu fraternis ago, totu vt animu, cura, cogitationeq; tua ponas in omniu laude vndi- q; colligeda. Q; si in mediocri statu sermonis, ac pdicationis nostre res essent, nihil abs te exi- miu, nihil pter alioru consuetudine postulare. Nuc vero ppter earu rerum, in qbus versari su- mus, splendor & magnitudinē, nisi summā laudē ex ista puincia assequimur, vix videmur sumā vituperationē posse vitare. Ea nostra ratio est, vt oēs boni tū faueāt, tū etia a nobis oēm dili- gentiā, virtutēq; & postulent, & expectent: oēs aut improbi, qd cum iis bellum suscipimus sem- pternu, vel minima re ad reprehendendu cōtenti esse videantur. Quare quoniam eiusmodi theatru est toti? Asię celebritate refertissimū, magnitudine amplissimū, iudicio eruditissimū,

Publicano-
tū dignitas

Laudari cū
exceptioe.

Iracundia
cauenda.

Epistolę p-
prium.

Ira penitus
excidi neq;

Lentitudo.

Abhorret.

Mediocri-
bus esse nō
licet magi-
stratibus
summīs.
Theatrum
Asię.

natura aut ita resonans, ut vsq; Romā significationes, vocesq; referant, contende quæso, atq; elabora, non modo ut his rebus dignū fuisse, sed etiā ut illa oīa tuis artibus superasse videarere. Et qm̄ mihi casus vrbana in magistratibus administrationē reipu. tibi prouincialē dedit, & si mea pars nemini cedit, fac ut tua ceteros vincat. Simul & illud cogita, nos nō de reliqua & sperata gloria iā laborare, sed de parta dimicare. Quæ quidē nō tā expetenda fuit, q̄ tuēda nobis est. At si mihi quicq; esset abs te separatū, nihil amplius desiderarē hoc statu, qui mihi iā partus est. Nūc vero res sic sese habet, ut nisi oīa tua facta, atq; dicta nostris reb⁹ istinc respōdeat, ego me meis tātis laborib⁹, tātisq; piculis, quorū tu oīm particeps fuisti, nihil cōsecutū putē. Q; si ut amplissimū nomen cōsequeremur, vnus præter ceteros, adiuuisti, certe idē ut id retineamus, præter ceteros, elaborabis. Nō est tibi his solis vtendū existimationibus ac iudiciis qui nūc sunt hoīm, sed his etiā, q̄ futuri sunt. q̄ illorū erit verius iudiciū obrectatione, & maleuolētia liberatū. Deniq; illd etiā debes cogitare, nō te tibi soli gloriā quætere: qd si esset, tñ non negligeres, p̄sertim cum amplissimis monimentis consecrare voluisses memoriā noīs tuī. Sed ea tibi est cōmunicanda mecū, prodēda liberis nostris. In qua cauendū est, ne si negligentior fueris, non solū tibi parum consuluisse, sed tuis etiā inuidisse videaris. Atq; hæc non eo dicuntur, ut te oratio mea dormientē excitasse, sed potius ut currentē incitasse videatur. Facies em̄ perpetuo, quæ fecisti, ut omnes equitatem tuam, temperantiā, seueritatem, integritatemq; laudent. Sed me quædam tenet, propter singularē amorem, infinita in te auuiditas gloriæ. q̄ illud existimo, cū iam tibi Asia, sicut vnicuiq; sua domus, nota esse debeat, cū ad tuam summā prudentiā tantus vsus accesserit, nihil esse qd ad laudē attineat, qd non tu optime pspicias, & tibi non sine cuiusq; hortatione in mentē veniat quotidie. Sed ego, qui cum tua lego, te audire, & qui cū ad te scribo, tecū loqui videor: ideo & tua lōgissima quaq; epistola maxime delector, & ipse in scribendo sepe sum longior: illud te ad extremū & oro, & hortor, ut tāq; poetę boni, & actores industrii solēt, sic tu in extrema parte, & cōclusionē muneris, ac negotiū tui diligentissimus sis, ut hic tertius annus imperiū tuī, tanq; tertius actus perspectissim⁹ atq; ornatissimus fuisse videat. Id facillime facies, si me cui semp vni magis, q̄ vniuersis place re voluisti, tecū semper esse putabis, & oībus his rebus, quas dices, ac facies, interesse. Reliquū est, ut te orem, ut valetudini tuę, si me, & omnis tuos valere vis, diligentissime seruias.

M. T. C. Q. V. CICERONI FRATRIS.



Stathius ad me venit ad. VIII. Calē. Nouēb. eius aduētus, q̄ ita scripsisti dīreptū esse a tuis, dū is abesset, molestus mihi fuit. Q; aut expectationem tuī, cōcursumq; eū, qui erat futur⁹, si vna tecū decederet, neq; antea visus esset, sustulit, id mihi nō incommode visum est accidisse. Exhaustus em̄ est sermo hoīm, & multę emissæ iam eiusmodi voces, ἀλλὰ δὲ αὐτὴ ἕνα φῶτα μέγαν, quæ te absente confecta esse lator. Q; autem idcirco a te missus est mihi, ut se purgaret, id necesse minime fuit. Primū. n. nunq; ille mihi fuit suspectus: neq; ego, q̄ ad te de illo scripsi, scripsi meo iudicio: sed cū ratio, salusq; omniū nostrū, qui ad rempu. accedimus, nō veritate solū, sed etiā fama niteretur, sermones ad te aliorū semper, non mea iudicia perscripsi. Qui quidē q̄ frequentes essent, & q̄ graues, aduentu suo Stathius ipse cognouit. Etem̄ interuenit nōnullorū querelis, q̄ apud me de illo ipso habebant, & sentire potuit sermones iniquorum in suū potissimū nomē erūpere. Qd autem me maxime mouere solebat, cum audiebam illum plus apud te posse, q̄ grauitas illius atatis, & imperiū prudentia postulare (q̄ multos enim mecum egisse putas, ut se Stathio commendarem: q̄ multa autem ipsum ἀσφαλῶς mecum in sermone ita potuisse!) id mihi nō placuit, monui, suasi, deterrui. Quib⁹ in rebus etiā si fidelitas summa est, qd profus credo, quoniam tu ita iudicas, tamē species ipsa tā gratiosā liberti, aut serui, dignitatem habere nullā potest. Atq; hoc sic habeto (nihil enim nec temere dicere, nec astute reticere debeo) materiā omnē sermonū eorū, qui de te detrahere velint, Stathiu dedit: & antea tātū intelligi potuisse, iratos tuę seueritati esse nōnullos: hoc manumisso, iratis qd loquerent, non defuisse. Nunc respōdebo ad eas epistolas, quas mihi reddidit L. Cæsius, cui qm̄ ita te velle intelligo, nullo loco deero. Quarū altera est de Bladenio Zeuxide, quæ scribis certissimū maticidā tibi a me intime cōmendari. Qua de re, & de hoc genere toto, ne forte me in Græcos tā ambitiosum factū esse mirere, pauca cognosce. Ego cū Græcorū querelas nimium valere sentire, propter hominum ingenia ad fallendum parata, quoscunq; de te queri audiui, quacunq; potui ratione placui. Primum Dionysipolitas, qui erant ini-

Gloria;

Posterorū iudiciū verius.

Cōsecrare me, noīs.

Excitare.

Incitare.

Nota domus.

Poetę boni partes.

Actus tertius.

Stathii purgatio.

Zeuxide;

Maticida;

Græc. ingēnia.

Dionysipolitas.

Epistolarum ad Q. fratrem

micissimi mei, leniui: quorum principē Hermippū nō solū sermōe meo, sed etiā familiaritate de
uinxi. Ego Apamensem Ephesum, ego leuissimū hominē Megaristum Antandrium, ego Ni
ciam Smyrnum, ego nugas maximas omni mea comitate sum cōplexus, Nymphontē etiam
Colophonū, quā feci oīa, nō quo me aut ii hoīes, aut tota natio delectaret (per te sum est em
leuitatis, assentationis, animorum, nō officiis, sed temporib⁹ seruientiū) sed vt ad Zeuxim re
uertar. Cū is de Caselli sermone secū habito, quē tu scribis, ea ipse loqueret, obstiti ei⁹ sermo
ni, & hominem in familiaritatē recepi. Tua autem quē fuerit cupiditas tanta nescio, q̄ scribis
cupiisse te, quoniā Smyrnæ duos Mysios inuisisses in culeum, simile in superiore parte prouī
ciæ edere exemplum seueritatis tuę, & idcirco Zeuxim elicere omni ratione voluisse. quē ad
ductū in iudiciū fortasse dimitti nō oportuerit: cōquiri vero, & elici blāditiis (vt tu scribis)
ad iudicium necesse non fuit, eū presertim hominē, quem ego, & ex suis ciuib⁹, & ex multis
aliis quotidie magis cognosco nobiliorē esse prope, q̄ ciuitatē suam. At enim Græcis solis in
Indulgeo. Quid L. Cæciliū: nonne omni ratione placui: quem hominē! qua ira! quo spiritu! quē
deniq; præter Thusceniū, cuius causa sanari non potest, nō mirigauī! Ecce supra caput hō le
uis, ac sordidus, sed tamen equestri incessu Catienus, etiā is lenietur. Cuius tu in patrē q̄ fui
sti asperior, non reprehendo. certe em scio te fecisse cum causa. Sed quid opus fuit eiusmodi
literis, quas ad ipsum misisti: illum crucem sibi ipsi cōstituere, ex qua tu eū ante detraxisses: te
Fumo com
bureretur.
Plagiarius.
Miluinus
pullus.
Sal dicēdi.
Cyrus &
Agefilaus.
Literarū de
lectus habē
dus.
Nomencla
tor,
curaturum fumo vt combureretur, tota plaudente prouincia. Quid vero ad C. Fabiū nescio
quē (nam eam quoq; epistolam T. Catienus circūgestat) renunciare tibi Licinium Plagiariū
cū suo pullo Miluino tributa exigere! Deinde rogas Fabiū, vt & patrem, & filiū viuos cō
burat, si possit, sin minus, ad te mittat, vt iudicio cōburant. Hęc literę abs te per iocū missę ad
C. Fabiū, si modo sunt tuę, cū legunt, inuidiosam atrocitatē verborū habēt. At, si oīm mearū
literarū p̄cepta repetes, intelliges nihil esse a me, nisi orationis acerbitatē, & iracundiam, & si
forte raro literarū missarū indiligentiā reprehēsam. Quib⁹ quidē in reb⁹ si apud te plus aucto
ritas mea, q̄ tua, siue natura paulo acrior, siue q̄dā dulcedo iracundię, siue dicēdi sal, facetiæq;
valuissent, nihil sane esset, qd̄ nūc pœniteret. Et mediocri me dolore putas affici, cū audiam,
qua fit existimatione Virgilius, qua tuus vicinus Cn. Octauius! Nā si te interioribus vicinis
tuis, Cilicēsi, & Syriaco anteponis, valde magnū facis. Atq; is dolor est, q̄ cū ii, quos nomina
ui, te innocentia non vincant, vincunt tñ artificio beneuolentię colligēde, qui neq; Cyrū Xe
nophontis, neq; Agefilaum nouerint, quorū regum summo imperio nemo vnq; verbū vllum
asperius audiuit. Sed hæc a principio tibi p̄cipiens, quantū profecerim, non ignoro. Nunc
tñ decedens (id quod mihi iam facere videris) relinque quęso q̄iucundissimam memoriā tuī,
Successorem habes perblandū, cetera valde illius aduentu tua requiruntur. In literis mittē
dis (vt sepe ad te scripsi) nimium te inexorabilē p̄buiisti. Tolle omnes, si potes iniquas, tolle in
usitatas, tolle cōtrarias. Statius mihi narrauit scriptas ad te solere afferri, ab se legi, & si iniquę
sint, fieri te certiorē. Anteq; vero ipse ad te venisset, nullū delectū literarū fuisse: ex eo esse vo
lumina selectarū epistolarū, q̄ reprehēdi solerent. Hoc de genere nihil te nūc quidē moneo, se
ro est em, ac scire potes, multa me variē, diligēterq; monuisse. Illud tñ qd̄ Theopōpo manda
ui, cum essem admonitus ab ipso, vide per homines amantēis tuī, qd̄ est facile, vt hæc genera
tollantur epistolarū, primum iniquarum, deinde contrariarū, tum absurde, & inusitate scri
ptarum, postremo in aliquē contumeliosarū. Atq; ego hæc tā esse, q̄ audio, non puto: & si sunt
occupationibus tuis minus animaduersa, nūc perspice, & purga. Legi epistolā, quam ipse scri
psisse Sylla Nomenclator dictus est, nō probandā, legi nonnullas iracundas. Sed tēpore ipso
furor dabat. hæc de epistolis. Nam cū hanc paginā tenerem, L. Flauius Prætor Dess. ad me ve
nit, homo mihi valde familiaris. Is mihi inqt te ad procuratores suos literas misisse, q̄ mihi
visę sunt iniquissime, ne qd de bonis, q̄ L. Octauii Nasonis fuissent, cui L. Flauius heres ē, diminue
rēt ante, q̄ C. Fundanio pecuniā soluissent. Itēq; misisse ad Apolloniēses, ne de bonis, q̄ Octauii
fuissent, diminui paterent, priusq; Fundanio debitū solutū esset. Hęc mihi verisimilia nō vidē
tur. sunt enim a prudentia tua remotissima. Ne diminuat heres. qd si inficiatur! Quid, si o
mnino non debetur! Quid! Prætor solet iudicare deberi! Quid ego Fundanio non cupio! non
amicus sum! non misericordia moueor! nemo magis, sed via iuris eiusmodi est quibusdam in
rebus, vt nihil sit loci gratię. Atq; ita mihi dicebat Flauius, scriptū in ea epistola, quā tuā esse
dicebat, te aut quasi amicis tuis gratias acturū, aut quasi inimicis incōmoda laturū. Quid mul
ta: ferebat grauitē, id vehemēter mecū querebat, orabatq; vt ad te q̄diligētissime scriberē, qd̄

facio, & te profus vehementer etiam, atque etiam rogo, ut & procuratoribus Flauii remittas de diminuendo, & de Apolloniensibus ne quid perscribas, quod contra Flauium sit amplius, & Flauii causa, & scilicet Pompeii facies omnia. Nolo mediussidius ex tua iniuria in illum tibi liberalem me videri. Sed & te oro, ut tu ipse auctoritatem, & monumentum aliquod decreti, aut literarum tuarum relinquant, quod sit ad Flauii rem, & ad causam accommodatum. Fert enim grauius homo, & mei obseruantissimus, & sui iuris, dignitatibusque retinens, se apud te neque amicitia, neque iure valuisse: & ut opinor, Flauii aliquando rem, & Pompeius, & Cesar tibi commendarunt, & ipse ad te scripserat Flauius, & ego certe. Quare, si vlla res est, quam tibi me faciendam petere putes, haec ea sit. Si me amas, cura, elabora, perfice, ut Flauius & tibi, & mihi quammaximas gratias agat. hoc te ita rogo, ut maiore studio te rogare non possim. Quod ad me de Hermia scribis, mihi mehercule valde etiam molestum fuit. Literas ad te parum fraterne conscripseram, quas oratione Diodori Luculli liberti commotus, de pactione statim quod audieram, iracundus scripseram, & reuocare cupiebam. huic tu epistola non fraterne scriptae, fraterne debes ignoscere. De Censorino, Antonio, Cassio, Scquola, te ab iis diligere (ut scribis) vehementer gaudeo. caetera fuerunt in eadem epistola grauiora, quam vellem. *ἡσθὰρ τὰν ναῦν ἀπὸς δουρῶν* maiora ista erunt. Meae obiurgationes fuerunt amoris plenissimae, quae sunt nonnullae, sed tamen mediocres, & paruae potius. Ego te nunquam vlla in re dignum minima reprehensione putassem, cum te sanctissime gereres, nisi inimicos multos haberemus. Quae ad te aliqua admonitione, aut obiurgatione scripsi, scripsi propter diligentiam cautionis meae: in qua & maneo, & manebō, & idem ut facias, non desistam rogare. Attalus Iphemenus mecum egit, ut se ne impedires, quo minus quod ad Qu. Publiceni statuam decretum est, erogaretur: quod ego te rogo, & admoneo, ne talis viri, tamque nostri necessarii, honorem minui per te, aut impediri velis. Praeterea Aesopi tragoeidi nostri familiaris, Licinius seruus tibi notus aufugit. Is Athenis apud Patronem Epicureum pro libero fuit. Inde in Asiam venit, postea Plato quidam Sardinianus Epicureus, qui Athenis solet esse multum, & qui tum Athenis fuerat, cum Licinius eo venisset, & cum eum fugitiuum postea esse ex Aesopi literis cognosceret, hominem comprehendit, & in custodia Ephesi tradidit, sed in publicam, vel in pristinum, non satis ex literis eius intelligere potuimus. Tu quoque modo, quam Ephesi est, hominem inuestiges velim, summaque diligentia vel tecum deducas. Noli spectare quanti homo sit, parui enim precii est, qui iam nihil sit: sed tanto dolore Aesopus est affectus propter serui scelus, & audaciam, ut nihil ei gratius facere possis, quam si illum per te recuperarit. Nunc ea cognosce, quae maxime exoptas. reperit funditus amissimus, adeo, ut Cato adolescens nullius consilii, sed tamen ciuis Romanus, & Cato, vix viuus effugeret. quae cum Gabiniu de ambitu vellet postulare, neque Praetores diebus aliquot adiri possent, vel postestatem sui facerent, in concionem ascendit, & Pompeiu priuatus Dictatorem appellauit. proptius nihil est factum, quam ut occideretur. Ex hoc, qui sit status totius reip. videre potes. Nostra tamen cause non videntur homines defuturi. mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur: & quidem cum spe sum maxima, tum maiore etiam animo. Spero superiores forte nos, confido animo, ut in hac re publica ne casum quidem vllum pertimescat. sed tamen res sic se habet. Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret, ut multiplicata gloria discedamus. Sin autem vi agere conabitur, spero fore studiis non solum amicorum, sed etiam alienorum, ut vi resistamus. Omnes & se, & suos amicos, clientes, liberos, libertos, seruos, pecunias denique suas pollicentur. Nostra antiqua manus bonorum ardet, & studio nostri, atque amore. Si qui antea aut alieniores fuerant, & languidiores, nunc horum odio, se cum bonis coniungunt. Pompeius omnia pollicetur, & Cesar: quibus ita credo, ut nihil de mea comparatione diminuam. Tri. Ple. Dess. sunt nobis amici. Coss. se optime ostendunt. Praetores habemus amicissimos, & acerrimos ciuis Domitiu, Nigidium, Memmiu, Lentulum: bonos etiam alios, sed hos singulareis. Quare magnum fac animum habeas, & spem bonam. De singulis tamen rebus, quae quotidie gerantur, faciam te crebro certiolem. Vale.

M. T. C. QVINTO FRATRIS.



frater, mi frater, mi frater, tu ne id verit es: ne ego iracundia aliqua adductus pueros ad te sine literis miser: aut etiam, ne te videre nolueri: Ego tibi irasceam: tibi ego posse irasci: scilicet tu me afflixisti, tui me inimici, tua me iuidia ac non ego te misere pdidi. Meus ille laudatus consulatus, mihi te, liberos, patriam, fortunas: tibi velim ne quid eriperit, preter vnum me. Sed certe a te

Retinens

Fraterne

Depcatio

Aesopus

vel p an

vel petia

Cato, adole

scetis fuga

Facere po

testatem.

Propius fa

ctum nihil.

Amatorie

Epistolarum ad Q. fratrem

mihī omnia semper honesta, & iucunda ceciderunt. A me tibi luctus meę calamitatis, metus tua, desiderium, mœror, solitudo. Ego te videre noluerim! Immo vero me a te videri nolui. Non, n. vidisses fratrem tuum: nō eū, quē reliqueras: nō eū, quē noras: non eū, quē flens flentē, sequentē proficiscens dimiseras, ne vestigiū quidē eius nec simulacrum, sed quandā effigiē spiritantis mortui. Atque utinā me mortuū prius vidisses, aut audisses. Utinā te nō solum vitę, sed etiā dignitatis meę supstititē reliquisset. Sed testor omnes deos, me hac vna voce a morte eē reuocatū, quod oēs in mea vita partē aliquā tuę vitę repositā esse dicebāt. Quare peccaui, scelera teę feci: nā si cecidisset, mors ipsa meā pietatē, amorēque in te facile defenderet. Nūc cōmisi, ut vivo me careres, vivo me aliis idigeres: mea vox in domesticis periculis potissimū occideret, quę sepe alienissimis p̄sidio fuisset. Nā quod ad te pueri sine literis venerūt, quā vides nō fuisse iracundię causa, certe pigritia fuit, & quādam infinita vis lachrymarū, & dolorū. Hęc ipsa me quo fle tu putas scripsisse: eodē quo te legere certo scio. An ego possum aut nō cogitare aliquā de te, aut vnquā sine lachrymis cogitare! Cū, n. te desidero, fratrem solū desidero. Ego vero suauitate prope fratrem, prope equalē, obsequio filiū, cōsilio parentē. Quid mihi sine te vnquā, aut tibi sine me iucundū fuit! Quid, quod eodē tēpore desidero filiā: qua pietate, qua modestia, quo ingenio, effigiē moris, sermonis, animi mei! Quid filiū venustissimū, mihi quę dulcissimū, quē ego ferus, ac ferus e cōplexu dimisi meo sapientiorē puerū, quę vellē! sentiebat eū miser iā quid ageret. Quid vero tuū filiū! Quid imaginē meā, quā me? Cicero & amabat ut fratrem, & iā ut maiore fratrem verebat! Quid, quod mulierē miserimā, fidelissimā coniugē, me prosequi nō sum passus, ut esset quę reliq̄as cōmunis calamitatis, cōmuneis liberos tueret! Sed tū quoquo modo potui, scripsi, & dedi literas ad te Philogono liberto tuo, quas credo tibi postea redditas esse: in quibus idē te hortor, & rogo, quod pueri tibi verbis meis nunciarūt, ut Romā prius pergas, & properes. Primum eū te p̄sidio esse volui, si qui essent inimici, quorū crudelitas nōdū esset nostra calamitate satiata. Deinde cōgressus nostri lamentationē primū, digressum vero nō tulisset: atque etiam id ipsum, quod tu scribis, metuebā, ne a me distrahi non posses. His de causis hoc maximū malum quod te non vidi, quo nihil amantissimis, & cōiunctissimis fratribus acerbius, ac miserius videt̄ accidere potuisse, minus acerbū, minus miserum fuit, quę fuisset tum congressio, tum vero digressio nostra. Nunc, si potes, id quod ego qui fortis tibi semper videbar, nō possum, erige te, & confirma, si qua subeūda dimicatio erit. Spero, si quid mea spes habet auctoritatis, tibi & integritatem tuā, & amorem in te ciuitatis, & aliquid etiā misericordiā nostrī, p̄sidiū laturā. Sineris ab isto periculo vacuus, ages scilicet, si quod agi posse de nobis putabis, de quo scribunt ad me quodē multa, & se sperare demonstrāt, sed ego quod sperē non dispicio, cum inimici plurimum valeant, amici partim deseruerint me, partim etiā perdidērunt, qui in meo reditu fortassis reprehensionē sui sceleris pertimescant. Sed ista, qualia sint, tu velim p̄spicias, mihi quę declares. Ego tū quod diu tibi opus erit, si quid periculi subeundū videbis, viuam. diutius in hac vita esse non possum. Neque, n. tantū virium habet vlla, aut prudētia, aut doctrina, ut tantū dolorē possit sustinere. Scio fuisse & honestius moriendū tempus, & vtilius: sed nō hoc solum, multa alia pretermisi: quæ si queri velim preterita, nihil agam, nisi ut augeā dolorem tuum, indicē stultitiam meam. Illud quidem nec faciendū est, nec fieri potest, me diutius, quę aut tuū tēpus, aut firma spes postulabit, in tam misera, tamque turpi vita commorari: ut qui modo fratre fuerim, liberis, coniuge, copiis, genere ipso pecunię beatissimus, dignitate, auctoritate, existimatione, gratia non inferior, quę qui vnquā fuerunt amplissimi, is nunc in tam afflictā, perditāque fortuna, neque me, neque meos lugere diutius possim. Quare quid ad me scripsisti de permutatione: quasi vero nunc me non tuę facultates sustineant. Qua in re ipsa video miser, & sentio, quod sceleris admiserim: cum de visceribus tuis, & filiū tuū satisfactoris sis quibus debes: ego acceptam ex arario pecuniā tuo nocte frustra dissiparim. Sed tū & M. Antonio quātū tu scripseras, Cepioni tantūdem solutum est: mihi ad id quod cogito, hoc quod habeo satis est. siue, n. restitutumur, siue desperamur, nihil amplius opus est. Tu, si forte quod erit molestiæ, te ad Crassum, & ad Callidium conferas ceseo. Quantū Hortensio credendū sit, nescio: me summa simulatione amoris, summaque assiduitate quotidiana sceleratissime, insidiosissimeque tractauit, adiuncto quoque Arrio: quorū ego cōsiliis, promissis, p̄ceptis destitutus in hac calamitatē incidī. Sed hęc occultabis, ne quod obsint. Illud caueto, & eo puto pro Pōponiū fouendū tibi esse ipm Hortensium, ne ille versus, quod in te erat collatus, cū quod dilitatē petebas, de lege Aurelia falso testimonio cōfirmet. Nihil, n. tam timeo, quę ne, cū intelligāt hoīes quantum misericordię nobis tuę preces, &

Effigies spiritantis mortui.

† vivo me, me careres.

me g b v i

me g b v i

Hortensius suspectus.

tua fa
erit
sent
pecca
Cice
lorē
det, p
re, mil



pore a
Sextius
motus,
potenti
aut Tri
tidius,
deinde
ma cū
exturba
lachrym
intolera
di. Nunc
nem casu
miserum
psi, pers
vitam, q
Sextium
ra. Tu &
nemo de
runt, ne
rum hęc
filiū pue



quod omni
Senatus
taciturni
me attine

tua salus allatura sit, oppugnent te vehementius. Messalā tuī studiosum esse arbitror, Pōpeitū etiā simulatorē puto. Sed hęc vtinā nō experiare. qđ p̄cater deos, nisi meas p̄ces audire desis-
 sent. verūtamē p̄cor, vt his infinitis nostris malis cōtēti sint, in qbus nō modo tñ nulli⁹ inest peccati infamia, sed oīs dolor est, qđ optime factis poena est maxima cōstituta. Filiā meā & tuā Ciceronēq; nostrū quid ego mi frater tibi cōmendē: quin illud moereō, qđ tibi nō minorē do-
 lorē illorū orbitas affert, qđ mihi. Sed te incolumi, orbī nō erūt. Reliqua, ita mihi salus aliqua det, potestasq; in patria moriēdi, vt me lachrymē nō sinūt scribere. Etiā Terentiā velim tuae re, mihiq; de p̄ibus reb⁹ rescribas. Sis fortis quoad rei natura patiet. Idī, Iulii Thessalonice.

M. T. CICERO Q. CICERONI FRATRI. S.



Mabo te mi frater, ne si vno meo fato & tu, & oēs mei corruistis, improbitati & sceleri meo potius, qđ iprudētiē, misericordiēq; assignes. nullū est meū pec-
 catū, nisi qđ iis credidi, a quib⁹ nefas putarā esse me decipi, aut etiā quibus ne-
 id expedire quidē arbitrabar. Intimus, p̄ximus, familiarissimus qsq; aut sibi primuit, aut mihi iudic. ita mihi nihil misero, p̄ter fidē amicorū, cautū meū cōsiliū fuit. Qz si te satis innocētia tua, & misericordia hoīm vindicat hoc tē-
 pore a molestia, perspicias profecto & qnā nobis salutis spes relinuat. Nam me Pōponius, & Sextius, & Piso noster adhuc Thessalonice retinuerūt, cū lōgius discedere, p̄pter nescio quos motus, vererent: verū ego magis exitum illorū literis, qđ spe certa expectabā. Nā quid sperem potentissimo inimico, dominatione obtrectatorū, infidelib⁹ amicis, plurib⁹ inuidis! Denotius autē Tri. Ple. est ille quidē in me officiosissimus, Sextius, & (spero) Curtius, Milo, Fadius, Gra-
 tidius, sed valde aduersante Clodio, qui etiā priuatus eadē manu poterit conciones cōcitare. deinde etiā intercessor parabit. Hęc mihi proficiscēti non proponebant, sed sepe triduo sum-
 ma cū gloria dicebar esse rediturus. Quid tu igit inquires! Quid! multa cōuenerunt, qđ mentē exturbarent meā, subita defectio Pōpeii, alienatio Coss. etiā p̄torum timor, publicanorū arma, lachrymē meorū, me ad mortē ire prohibuerūt. Qđ certe & ad honestatē, & ad effugiendos intolerabileis dolores fuit aptissimū. Sed de hoc scripsi ad te in ea epistola, quā Phaethōri de-
 di. Nunc tu, qm̄ in tantū luctū, laborē detrusus es, quantū nemo vnq; si releuare potes cōm-
 nem casum misericordia hoīm, scilicet incredibile quiddā assequeris. Sin plane occidim⁹ (me miserum) ego oīs meis exitio fuero, quib⁹ ante dedecori nō eram. Sed tu, vt ante ad te scri-
 psi, perspice rē, & pertenta, & ad me, vt tēpora nostra, nō vt amor tu⁹ fert, vere perscribe. Ego vitam, quoad putabo tua interesse, aut ad spem seruādam esse, retinebo. Tu nobis amicissimū Sextium cognosces, credo tua causa, vel Lentulū, qui erit Cos. qđ sunt facta verbis difficilia
 ra. Tu & quid opus sit, & quid sit videbis omnino. Si tuā solitudinē, cōmunemq; calamitatem nemo despexerit, aut p te cōfici aliqd, aut nullo mō poterit. Sin te quoq; inimici vexare coepe-
 rint, ne cessaris me cerriorem facere, vt accurrā. Non em̄ gladiis meū, sed litib⁹ agetur. Ve-
 rum hęc absint velim: te oro, vt ad me de omnibus reb⁹ scribas, & in me animi potius, aut cō-
 filii putes minus esse, qđ antea: amoris vero, & officii non minus. Vale.

MARCI T. C. EPISTOLAR VM AD Q. V. C. FRATREM
 LIBER SECVNDVS.

M. T. C. Q. VINTO C. FRATRI. S.



Pistolam quā legisti, mane dederā, sed fecit humaniter Licini⁹, qđ ad me misso Senatu vesperi venit, vt si quid esset actū, ad te, si mihi vi-
 dere, p̄scribere. Senat⁹ fuit frequentior, qđ putabam⁹ esse posse mēse Decēbri sub dies festos. Cōsulares nos fuim⁹, & duo cōsules designa-
 ti P. Seruilius, M. Lucullus, Lupus, Vulcatius, Glabrio Prę. Sane fre-
 quētes fuimus oīno ad ducentos. Cōmorat expectationē Lupus: egit causam Agri cāpani sane accurate, auditus est magno silentio. mate-
 riā rei nō ignoras, nihil ex nostris actionib⁹ p̄termisit. Fuerūt nōnul-
 li aculei in C. Cēsare, cōtumeliē in Gelliū: expostulationes cū absen-
 te Pōpeio. Causa sero perorata, sententias se rogaturum negauit, ne qđ onus simultatis nobis imponeret. Ex superiorū temporū cōuitiis, & ex presentī filētio, qđ Senatus sentiret, se intelligere dixit. Milo coepit dimittere. Tum Marcellinus, noli, inquit, ex-
 taciturnitate nostra Lupe qđ aut pbemus hoc tempore, aut improbem⁹, iudicare. Ego, qđ ad me attinet, idēq; arbitror ceteros, idcirco taceo, qđ nō existimo cū Pōpeius absit, causam agri

Preces.

Amabo te &c.

Ille quidē.

Facta vera bis difficilia.

Mane. Vesperi.

Sub dies festos.